Año 32. Lunes 19 de Enero de 1885. N.º 2.º

✝

BOLETIN ECLESIÁSTICO

DE LOS OBISPADOS DE

SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

Sumario. B. de N. S. P. Leon XIII sobre indulgencias.—Suscriccion para socorrer á los perjudicados por los terremotos en Andalucía.—Id. á favor del Romano Pontífice.

LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Frugiferas inter Sodalitates, quae in Deiparae Virginis honorem sunt ubique terrarum institutae, principem procul dubio locum obtinet, quae Prima Primaria appellatur, et ipso nomine prodit quantum amplitudine ceteris antecellit. Haec enim Congregatio per Apostolicas sub Piscatoris annulo datas litteras a Gregorio XIII Praedecessore Nostro s: me: ad invocationem Beatae Mariae Virginis ab Angelo Salutatae canonice primum erecta, sodalium frecuentia iugiter conspicua, indulgentiarumque thesauris per Romanos Pontifices ditata, ea incrementa suscepit, ut in universum terrarum orbem sese brevi Deo favente extenderet, atque ad praesens omnibus in regionibus magno etiam terrae

Universidad Pontificia de Salamanca

marisque intervallo disiunctis filialis eiusdem nominis, et instituti Congregationes reperiantur. Nunc autem cum die quinta mensis Decembris huius vertentis anni canonicae Congregationis eiusdem crectionis centenaria solemnitas tertia vice recurrat, dilectus filius Antonius Maria Anderledy Vicarius Generalis Societatis Jesu enixas Nobis adhibuit preces, ut coelestes ecclesiae thesauros, quorum dispensatores Nos esse voluit Altissimus, hac auspicatissima occasione reserare dignaremur. Nos autem piis hisce votis obsecundare, quantum in domino possumus, volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, et singulis tum Clericis Regularibus ex eadem Societate Iesu tum sodalibus dictam Sodalitatem Deiparae Virginis ab Angelo Solutatae inscriptis, vel pro tempore inscribendis, qui vel die quinta Decembris mensis huius anni, vel die per singularum huiusmodi Congregationum Moderatores statuendo non tamen ultra limites adventantis anni MDCCCLXXXV quo centenaria solemnitas celebrabitur respectivae Congregationis Ecclesiam, vel Sacellum vere poenitentes, et confessi, ac S. Communione refecti devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, dummodo novendiali supplicationi eidem solemnitati praemittendae saltem quinquies adstiterint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, etiam animabus Christifidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicabilem misericorditer in Domino concedimus, atque

Universidad Pontificia de Salamanca

elargimur. Ut autem Christifideles caelestium munerum huiusmodi facilius valeant esse participes, de Apostolica Nostra auctoritate per praesentes facultatem tribuimus, ac elargimur, ex qua respectivi locorum in quibus Congregationes supramemoratae canonice erectae extant Antistites aliquot Presbíteros saeculares, vel regulares ad excipiendas ipsorum sacramentales confessiones alias approbatos deputare licite valeant, qui eosdem Christifideles, eorumdem confessionibus diligenter auditis, ab omnibus quibuscumque excessibus, criminibus et casibus, necnon excommunicatione, aliisque Ecclesiasticis censuris, ac poenis desuper inflictis, Romano Pontifici vigore Constitutionis a fe: me: Pio PP. IX quarto idus Octobris MDCCCLXIX editae, quae incipit *Apostolicae Sedis Moderationi* quomodolibet reservatis, exceptis casibus sub articulo primo, septimo, ac decimo excommunicationum latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatarum, item sub numeris tertio, sexto, nono ac decimo excommunicationum latae sententiae Romano Pontifici reservatarum eiusdem constitutionis, pro quibus reservationem in suo plene robore manere volumus, imposita cuilibet, arbitrio suo poenitentia salutari in foro conscientiae tantum absolvere, votaque simplicia in aliud pium opus eorum similiter arbitrio, et prudentia commutare possint. Clericis vero supradictis e Societate Iesu, nec non praefatis Sodalibus aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarii iam approbati in alia pietatis opera commutare possint, eaque iniungere, quae ipsi poenitentes efficere

Universidad Pontificia de Salamanca

valeant pariter concedimus, et indulgemus. Non obstantibus Nostra, ac Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus hac vice tantum valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum trasumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII Maii MDCCCLXXXIIII Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Fl: Card. Chisius.

L. S.

Concordat cum exemplo, quod munitum est Summi Pontificis sigillo.
Antonius M. Anderledy. S. I.
L. S. Societ.

Concordat cum exemplo a R. P. Vic. Societ. Jes. misso et sigillo eiusdem Societatis munito.
Franciscus Sales Muruzábal. S. J.

Universidad Pontificia de Salamanca

Suscriccion para socorrer á los perjudicados por los terremotos de Andalucia.

	Reales.	Cénts.
El Excmo. é Illmo. Sr. Obispo de la Diócesis	3000	
El Illmo. Cabildo Catedral.	1000	
El Clero Catedral por un dia de su haber. .	1000	
El Sr Provisor y Vicario General.	100	
Fl Sr. Secretario de Cámara y Gobierno.. .	100	
El Sr. Mayordomo de S. E. I.	100	
D. Jnan Clairac y Lamamié..	4000	
El párroco de Sta. Eulalia de Salamanca. .	200	
Maria Lopez, feligresa de id..	20	
Camila Martin, de id.	20	
Lucia Perez Calvo, de id.	40	
Luisa Hernandez, de id.	4	
La Testamentaria de D. Pedro y D. Manuel Lopez Cerezo.	6000	
D.ª Isabel Govea, vecina de Alba de Tórmes	10	
Tomasa Pando, de id.	2	
Un pobre de solemnidad.	»	05
D. Bernardo Rodriguez, feligrés de la Catedral.	20	
D.ª Vicenta Gallego, feligresa de S. Julian de Salamanca.	160	
José Sanchez Gallego y Sra. de id.. . . .	80	
Marta Sanchez, de id.	20	
Maria Remedios de id.	20	
Segundo Sanchez y Sra. de id.	40	
Ildefonso Borrego, de id.	20	
Pedro Blanco, de S. Julian de Salamanca .	20	
Varios feligreses de id..	34	

Universidad Pontificia de Salamanca

El Párroco del Arrabal.	20
Benito Vicente, feligrés de id.	10
José Manuel Carrasco, de id.	10
Luis Romo, de id.	8
Nicolás Barrado, de id..	2
El Párroco de S. Justo y Pastor de Salamanca.	20
Antolina Castro, de id..	1
Una Sra. caritativa, de id.	20
D. Fernando Rosa, de id..	4
El niño Alberto, de id.	2
La niña Gonzala de S. Justo y Pastor. . .	1
Id. Luisa, de id.	1
Id. José, de id..	1
Id. José Manuel Garcia.	2
Id. Josefa Pobeda.	2
Maria Vicenta Salgado.	1
Toribia y Rita Vilches..	28
Josefa Juliana y Julian Chamorro.	6
D. Ricardo Contreras, de id.	20
El Párroco de la Vellés.	100
Id. el de Sta. M.ª de los Caballeros de Salamanca.	20
D. Eusebio M. Sanchez, de id.	8
D.ª C. L., de id. . . . , ...	10
El Párroco de Gomecello y sus feligreses. .	194 '05
Id. el de Sancti-Spíritus de Salamanca y feligreses.	100
D. Timoteo Hernandez Mulas, beneficiado de Sto. Tomás Apóstol..	10
El Párroco y felihreses de Saldeana. . . .	520
Varios feligreses de S. Pablo de Salamanca.	144

Universidad Pontificia de Salamanca

La Superiora de las Hermanas de Caridad de Alba de Tórmes.	8 '40	
Juan Luciano, feligrés de Santiago de id.	15	
Adelaida Castro Garcia, de id.	8	
Maria Dominguez, de id.	»	30
Raymundo Martin de S. Juan de id.	15	
Juan Martin, de id.	8	
Baltasara Cabezas, de id.	8	
Varios pobres de la misma.	3	
El Ecónomo de S. Benito de Salamanca..	45	
D. Juan M. Bellido Beneficiado de id..	40	
D.ª Gonzala Morales feligresa de id.	60	
Varias personas devotas de id.	5	
D. José Blas de id.	10	
D.ª Teresa Gonzalez de id.	40	
D. Antonio Elena y hermana de id..	20	
D.ª Emilia Riaza Olavarria de id.	80	
D.ª Marcelina Cruz de id.	100	
El Capellan de Sta. Ursula de esta Ciudad.	30	
D. Pedro María Fernandez feligrés de San Julian..	80	
Varios feligreses de la misma.	108	
D. Tomás García de S. Justo y Pastor.	60	
D.ª Josefa Carcía de id.	2	
D.ª Rita Colina de id.	20	
El Párroco y feligreses de S. Boal de Salamanca.	276	20
El Párroco de Aldeanua de Figueroa.	40	
Cuarenta niños de la Catequisis de id.	8	
Sesenta niños de id. id.	12	
El Párroco, Ayuutamiento y feligreses de Aldeatejada..	368	48

Universidad Pontificia de Salamanca

El Párroco de la Magdalena de Salamanca.	10
Ceferino Vicente feligres de id.	8
Pablo Martin de id.	10
Policarpo Tejero..	25
Josefa Contreras de id.	1
José Romo de id..	10
Lorenzo Romo de id.	10
Sinforosa Ramos de id.	10
El Párroco de Huerta.	12
El Párroco y feligreses de Almenara. . . .	110
TOTAL.	18952'48

Continua la lista de donativos para el Padre Santo.

El Rmo. Prelado por el primer trimestre. .	1000
El Párroco de Cantalpino.	50
Id. el de la Magdalena.	40
Id. el de Matilla de los Caños.	20
Donativo para S. S.	40
El Párroco de la Vellés.	20
La 1.ª Conferencia de Siervas de S. Vicente de Ciudad-Rodrigo.	140
D. Juan Marquí.	16
D. Angel Hernrndez, médico de Martiago. .	10
SUMA. . . .	1336

Salamanca. — Imp. de Oliva

Universidad Pontificia de Salamanca